



CONGREGATIO DE CULTU DIVINO
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM


Prot. n. 233/15

GRONINGENSIS-LEOVARDIENSIS

Instante Excellentissimo Domino Gerardo Ioanne Nicolao de Korte, Episcopo Groningensi-Leovardiensi, litteris die 20 martii 2015 datis, preces et vota cleri atque christifidelium expromente, Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum vigore facultatum peculiarium sibi a Summo Pontifice FRANCISCO tributarum, ecclesiam paroecialem in urbe v.d. *Bolsward*, Deo in honorem S. Francisci Assisiensis dicatam, titulo ac dignitate BASILICAE MINORIS omnibus cum iuribus atque liturgicis concessionibus rite competentibus perlibenter exornat, servatis vero servandis iuxta Decretum "De Titulo Basilicae Minoris", die 9 novembris 1989 evulgatum.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, die 23 novembris 2016



Robertus Card. Sarah

Robertus Card. Sarah
Praefectus

+ *Arturus Roche*

✠ Arturus Roche
Archiepiscopus a Secretis